Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



70

Inimici mei dixerunt mala mihi · quando morietur & peribit nomen eius ⁊

Et si ingrediebatur ut videret · uana loquebatur cor eius congregauit iniquitatem sibi ⁊

Egrediebatur foras · & loquebatur inidipsum ⁊

Adversum me susurrabant omnes inimici mei · adversum me cogitabant mala mihi ⁊

Verbum iniquum constituerunt adversum me · ÷ numquid qui dormit nonadicet ut resurgat ⁊

Et enim homo pacis meę inquo speraui · qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem ⁊

Tu autem dne miserere

Tempus illud dominicę passionis expo nit · quando iudas nonadueneranduṁ dm̄ sed adprodendū dolosus intrabat ⁊ Vana loquebatur populus iudaeorum quando de illius morte crudeliter tractauit ⁊ Congregauit cor illius iniquitatem · dum rerum dnm̄ scelera cohors crucifigere decreuit sibi dicendo · sanguis eius super nos ⁊

Susurratio est oris parvissimus sonus tractus ab apibus · quarum uox prolatu susurrus est · quod inter illos euenit · qui ore mutuum murmurabant ⁊ Omnes inimici · idest supradicti iudaei · qui semper cogitabant mala contra dnm̄ ⁊

Hominem pacis · iudā dicit · qui illi osculum pacis dedit · quando eum tradidit ⁊ In quo sperabam · idest in quo sperare putabar · quem antequam nasceretur cognoscebam ⁊ Magnificauit · quando ignorantib; quis esset ipse monstrauerat ⁊

Inimici uero dixerunt mala · in xpi passione quando falsa locuti sunt necesse enim erat ut impii mendacia cogitarent · quando moriet ⁊ uerba sunt dementiū iudeorū · Ut caiphas · expedit ut unus homo moriatur pro populo ⁊ perit nomen eius ipsis utq· quia credere noluerunt ⁊

Egressa foras plebs iudaica quae in tus stare nonpoterat · quia incredulitate fidei a fidelibus discrepabat ⁊ Loquebatur inidipsum · id est in infidelitate quam introibat auertitate sinu exiendo ⁊

Verbum iniquum quando clamabant pilato · si hunc dimittis nones amicus cesaris ⁊ Constituerunt · id est diffinierunt dicentes ⁊ Tu accipe eum et crucifige ⁊ Numquid qui dormit · audiant heretici illū qui dormit ipsum sibi adicere protinus ut resurgat · dicens ⁊ potestatem habeo ponendi animam meam · et iterum sumendi eam ⁊

Tu autem dne · humanitas rogat · ibi diuinitas pollicetur ·